

**3740** (Tibure) in via prope S. Laurentium SIED.; in fronte domus Angeli Caesareis ACC.; in S. Valerii paucis ante iacebat diebus NICOD. — Repertam esse in un luogo verso Ripoli et extare in aedibus Boschi falso affirmat SEB.

..CAVPONIVS · L · F · GEMINVS  
CAVPONIA · L · F · GEMINA

Sieder f. 75'; Accursius f. 6 (inde Mur. 1654, 4); Nicodemus p. 68 (l. 3 c. 6). Ex Nicodemo Ant. del Re p. 126; ex hoc Kircher Lat. p. 172 et Vulpi Lat. 10 p. 380 et 520. Ex Nicodemo et Muratorio Cabral et del Re p. 127 (inde Sebastiani p. 321).

1 CAVPONIVS Nic., C-APPONIVS Sied., C CAVPONIVS itemque v. 2 C CAVPONIA Acc., sed priore utraque C inducta et addito 'incertum an aliquid desit.' — 2 C-APPONIAE · L · F · GEMINAE Sied. (falso in schedis suis, i. e. in Siederi codice Mutinensi, legi GEMMA refert Murat.).

**3741** fragmentum marmoreum, quod a sinistra [i. e. puto a parte intuentibus dextra] hippopotamum habere ait VIOLA; debuit puto dicere hippocampum. Tibure ad St. Violam.

...cHRESIME · COIVGI  
benemerENTI · ADQVE  
... I · ET · FIDELISS  
... L · ANNIS ·  
5 ... MENS · X ·  
... MONH ·  
... MΩ ·  
... POC ·  
... ARVS

St. Viola *giornale arc.* vol. 119 (1850) p. 288.  
1 ...IRESIME traditur.

**3742** Tibure rep. cum Anio deduceretur.

TI · CLA ····  
DE SE · N

Massimo *relazione* p. 383 n. 25.

2 vix supplendum de sen[atus sententia].

**3743** in aede S. Leonardi extra Tibur SIED.

TI · CLAUDIO · AVG · L ·  
ANOPTI  
ET IVLIAE PANNYCHIDI  
PARENTIBVS

Servavit Sieder ms. f. 76' (inde Murat. 997, 6).  
Versus continuantur.

**3747** in Santo Paolo REV. Videtur intellegi Santo Polo de' Cavalieri vicus situs supra Tibur, unde habemus praeterea n. 3569 et 3825; sed res non certa est, cum sub eadem praescriptione Revillas exhibeat titulum agri non Tiburtini sed Praenestini supra n. 3432.

CLAV  
MA  
EVAI  
5 OPT

Revillas sched. Berol.

**3744** urna marmorea. Tibure (apud) Io. Ant. Caesarium SVAR., in aedibus Philippi de Caesaribus GIORGI, apud Caesarios VVLPI. Extat in cavaedio aedium olim Boschi, ita alte collocata, ut ne scalis quidem admotis conferre potuerim.

DIIS MANIBVS  
TI · CLAVDIVS CHARES  
AELIAE · NEBRIDI · FILIAS  
TRE SVAE MERITAE  
5 VIX · ANNIS · XVI

Suaresius cod. Vat. 9140 f. 207; Giorgi sched. Casanat.; Revillas sched. Berol.; Lupi cod. Vat. 9143 f. 33' et f. 90' a Lesleo; Vulpi diss. acad. Corton. II p. 182 (inde Murat. 1152, 4).

1 DIIS Giorgi, D'Is Rev., DIIS Suar., DIIS Lupi Vulpi. — 2 CLAVDIVS in lacuna om. Suar. — CHARES Vulpi. — 3 NERIDI Lupi; 3. 4 FILIAS|STRE Vulpi; totos vv. 3. 4 sic exhibet Suaresius: AELIVS NL · ORIDIELLAS | PR... AT · MERITA · P. — 5 ANN Lup.

**3745** Tibure in Sancti Petri OMNES.

DIS · MANIBVS  
CLAVDI CHAROPINI  
VIX · ANN · XXV  
POLYBIVS PATER ET  
5 TIBVRTIA SPHRAGIS  
MATER

Iucundus Ver. f. 132, Magl. f. 108; Sieder f. 75' (inde et ex Iucundo Mur. 1151, 1); Metellus Vat. 6040 f. 51.

1 DIIS Sied. — 2 CLAVDI CHAROPIN Sied., CLAVDIO HAROPINI Iuc. — 4 POLIBIVS Iuc.

**3746** Tibure rep. cum Anio deduceretur, ad dextrum cuniculum in vinea Tomei s. VIOLA; apud St. Violam ST. VIOLA.

TI · CLAVdio  
FAVSTino  
CLAVDIA...  
PATR...

S. Viola *cronaca dell' Aniene* p. 133; Massimo *relazione* p. 61; St. Viola *giornale arc.* 119 (1850) p. 288.

1 CLAV.. St. Viola, CLA... reliqui duo. — 2 FAVSTI... Mass., FAVST... S. Viola, FAVS... St. Viola. — Etiam a parte intuentibus sinistra mutilam dat Mass. (in v. 1 etiam Viola pater).

**3748** Tibure in aede divi Clementis IVC. et RELIQVI.

CLAVDIAE  
LADAE L  
HELPIDI

Iucundus Ver. f. 132 (inde pendet Doni sched. Barb. 30, 182 f. 52 et in sylloge cod. Barb. 34, 73 p. 237); Sieder f. 76' (inde Murat. 1656, 7); Leoncini f. 5; cod. Ottobon. 2970 f. 17'.

In tres versus, sic ut supra, distribuit Leonc., uno versu dant reliqui. — 2 LADAEI Iuc., LADAE L reliqui.

**3749** rep. anno 1772 a Camillo Compagnoni, ubi, non dicit COMP. 'Maceratae in aedibus nobilis viri Camilli Marefuscii, lapis advectus Tibure' AMAD. Extat ibi in aedibus Compagnoni-Marefoschi (cf. huius Corp. vol. IX p. 31\* n. 608\*, 2).

DIIS · MAN  
CLODIAE · PRISCAE  
sic P · COMICVS · HERMES  
CONIVGI · BENEMERENTI  
5 FECIT · ET · SIBI · ET · SVIS  
sic POTERISQVE · EORVM

Descripsit Henzen. Pompeius Compagnoni Maceratensis enotavit ad Compagnoni avi sui librum *Reggia Picena* [cf. huius Corp. vol. IX p. 547] p. 40 ex litteris fratris Io. Antonii scriptis 14 Mart. 1772; Amaduzzi anecd. litt. 4 (1783) p. 535 n. 39 a cardinali Marefusco.

**3750** in via Tiburtina ad lapidem recentem XIV veteris sepulcri rudera extant cum seq. epigrapha REV.; Tibure in agro Petrucciorum prope viam Tiburtinam effossa a 1734 GIORGI.

CLVENTIA · T · L  
SVRISCA  
T · CLVENTIVS  
T · L · BITHVS  
5 IN · FRONT · P · XX

Revillas sched. Berol. bis; Giorgi sched. Casanat.

5 FRONTE Revillas altero loco.

**3751** prope idem sepulcrum alterius lapidis fragmentum.

CLVENTIVS  
AFVS

Revillas sched. Berol.

**3752** ut Tiburtinam dat AM. 9743; inter inscriptiones Romae in villa Pamfilia extantes AM. 9736. Utrum verum sit, non adparet. Cf. ad n. 3779.

P · CORNELIVS  
L · L · BLESAMVS

Amati ms. 9736 f. 64 et 9743 f. 34'.

1 primam litteram dedi ut utroque loco exhibet Amati; fuit vel certe debuit esse L.

**3753** lapis Tiburtinus. Tibure rep. nei fundamenti di una casa dicontra al palazzo Tomei verso gli orti, deinde apud Violam.

DIIS · MANIBVS  
Q · CORNELII · HILARI  
VIX · ANN · VI · MENS · X  
CORNELIA · HILARA  
5 MATER · FECIT

St. Viola *decennio* p. 203, *giornale arcad.* 119 (1850) p. 284.